species 223 inde enumerabat. Quamquam interdum incertus inducit, et errat, tamen multas res historicas memorabiles adducit, ut latibulum ardearum in Obedszka bara, de quibus latius etiam dicit (469, 470, 471). SEIDENSACHER Stiria oriundus plura commemorabilia attulit ad faunam Croatiae (1410); cum EDUARDUS HODEK (740, 747) hæc loca peragravit. Maxime digna sunt memoratu, quæ hereditarius princeps RUDOLPHUS de copiosissima fauna raptatorum in montibus Fruskagora degentium profert (1321, 1322). Quamvis unico tantum itinere colligere studebat, aves Sirmiae diligenter observabat et bene describebat W. EAGLE CLARKE Britannus (282). Ex nostratibus afferendi sunt: A. E. JURINAC (804), qui faunam urbis Varasd, G. SEBIŠANOVIĆ (1406, 1407), qui faunam urbis Zimony, et D. HIRC, qui faunam urbis Buccarii (729) descripserant.

De avibus Sirmiae scripsit etiam AUGUSTUS MOJSIOVICIS (1103), qui tamen maxime ingenti variaeque copiae eorum animalium operam navavit, quæ in validis silvis, paludibus, stagnis et inundationibus latifundii Bellye vivunt (1099—1102, 1104—1108, 1111). Adiuvat eum JOSEPHUS PFENNIGBERGER præfectus silvarum archiducis, ornithologus peritissimus. Species 243 inde enumeratae sunt, inter quas incertae nonnullae.

Aves Hungariae meridionalis diligentissime scrutabatur LUDOVICUS KUHN (878—887). Ex eis, quæ profert, possunt quaedam reprehendi, sed «Musæum naturalium rerum Hungariae meridionalis» condendo optime meritis est de perscrutatione magnæ copiae avium Hungariae meridionalis.

JOANNES FRIVALDSZKY de avibus, quæ apud aquas Herkulesfürdő et urbem Orsova (547, 548), in comitatibus Temes, Krassó-Szörény (550) et Máramaros (549) vivunt, commemorabilia attulit. Is indicem primum et adhucque unicum earum avium composuit, quæ circa urbem Budapest vivunt (551).

Plus minusve uberius descripserunt ETEL MÉRY aves comitatus Győr 1091, FRANC. EBENHÖCH aves pagi Koronczó (452), COLOMANNUS CHERNEL aves regionis urbis Kőszeg (281), STEPHANUS CHERNEL aves comitatum Vas, Sopron, Pozsony et Fehér (216, 221).

Multitudini magnæ et variae avium, quæ ad lacum Fertő degunt, multi doctissimi viri operam dabant. Inter eos primus exstitit ANTONIUS JUKOVITS parochus pagi Mosonbánfalva (Apetlon), qui tunc ibi habitabat, cum lacu exarescente, quam rem interitus piscium sequebatur, multitudo avium solito etiam maior lacum frequentabat. Magnopere

tőt. Kár, hogy gyűjteménye teljesen elpusztult, még mielőtt számos ritkaságait szakavatott ornithológus is igazolhatta volna. Több unikumra vonatkozó közléseit (798, 803) ennek következtében nem lehet figyelembe venni. Utána FINGER GYULA (319), majd gróf MARSCHALL F. és PELZELN Á. (1080) adtak áttekintést a tó madárvilágáról; utóbbiak egyrészt JUKOVITS adataira, másrészt a bécsi cs. és kir. udvari múzeum gyűjteményében levő példányokra támaszkodva. FÁSZL ISTVÁN az eddigi kutatókkal szemben főleg a nyugati, a soproni part madártani viszonyait kutatta (508), FISCHER LAJOS báró pedig a Fertőn kívül a vele összefüggő Hanság rendkívül érdekes madárvilágát ismertette számos közleményben (522, 524, 526, 529). FOURNESS és REISER O. becses nidológiai és oológiai adatokat gyűjtöttek (535), DOMBROWSKI ERNŐ lovag pedig a Fertő északi és keleti partjának ornithológiai viszonyait ismertette (428).

Nyitra megyének is megvolt a maga kiváló ornithológusa dr. NAGY JÓZSEF személyében. Széleskörű műveltségről, éles ítélőképességről és már a szubspezifikus különbségek felismeréséről tanuskodó főművében (1467) 229 fajt sorol föl Nyitra megyéből. Köztük több faj synonym, másokat pedig gyűjteményekben levő példányok hiányában kell törölni a magyar madarak jegyzékéből, de még így is tekintélyes a fajok száma.

SCHUK JÓZSEF dr. Hajdu megye (1405), KOVÁCS JÁNOS Debreczen városának (873), KERTÉSZ MIKSA dr. Nagyvárad vidékének (843), KEMPELEN RADÓ Heves és Külső-Szolnok megye (821) orniszáról adott túlnyomóan csak egyszerű és részben meglehetősen hiányos enumerációt.

Felsőmagyarország ornisztát számos kitűnő bűvár kutatta. Elsősorban említendő JEITTELES LAJOS sok eredeti adatot tartalmazó munkája (795), melyhez később HORVÁTH GÉZA dr. adott kiegészítő közlést (758). Árva megye madárvilágát ROWLAND VILMOS ismertette (1267), majd KOCYÁN ANTAL az egész északi Tatra-vidékre terjesztette ki a kutatást (856). Szepes megye madárvilágáról GREISIGER MIHÁLY dr. adott beható tanulmányokat (594, 595). Gömör megye madárvilágát WAGNER (1677), BRUSEK (1792), SCHABLIK (1808) és GEYER GYULA (589) kezdeményezése után LOVASSY SÁNDOR dr. tanulmányozta igen behatóan (1012, 1016). A szakavatott ornithológusra valló, nemcsak a faunisztikára, hanem különösen a fészkelési viszonyokra is kiterjeszkedő munkái maradandó értékű adalékokat szolgáltatnak a magyar madártan számára. A felvidék madártanáról szóló munkák közé tartozik még KARDOS KÁROLY enumerációja Máramaros megye orniszáról (816).

est dolendum, quod collectio ab eo facta prius interiit, quam raritates eius ornithologus quidam disciplinae peritus inspexisset, quam ob rem unicae dicuntur, ab eo adducta (798, 803) negligenda sunt. Post hunc JULIUS FINGER (319), tum Comes F. MARSCHALL et A. PELZELN conspectum de avibus lacus composuerunt, hi partim JUKOVITS-IUM sequentes, partim eis exemplaribus usi, quae Vindobonae in museo aulae caesareo-regiae inveniuntur. STEPHANUS FÁSZL aliter ac priores imprimis aves ripae occidentalis (Soproniensis) scrutabatur (508). Baro LUDOVICUS FISCHER praeter aves lacus Fertő eis quoque operam navavit, quae in palude Hanság, coniuncta cum lacu Fertő, inveniri possunt. (522, 524, 526). FOURNESS et O. REISER res ad nidologiam et zoologiam spectantes colligebant (535), Eques ERNESTUS DOMBROWSKI autem eis avibus operam dedit, quae in ripa septentrionali et occidentali lacus Fertő vivunt (428). Is est JOSEPHUS NAGY, qui in opere suo et humanitate et iudicio auctoris excellenti (1467) species 229 e comitatu Nyitra enumerat, inter quas nonnullas synonymas. Nonnullae, cum exemplaria earum nulla in collectionibus inveniuntur, ex indice avium Hungariae delendae sunt. Ita etiam satis magnus numerus specierum est.

JOSEPHUS SCHUK aves comitatus Hajdú (1405), JOHANNES KOVÁCS aves urbis Debreczen (1873), MAX. KERTÉSZ aves regionis urbis Nagyvárad (843), RADÓ KEMPELEN aves comitatum Heves et Külső Szolnok (821) enumerabant, nonnunquam non satis perfecte. Ornithologi multi docti avibus Hungariae superioris operam dabant, inter quos primum est afferendum opus LUDOVICI JEITTELES ob res multas originales in eo adductas (795), ad quas postea GEYZA HORVÁTH nonnullas adiecit (758). Aves comitatus Árva GUL. ROWLAND descripsit (1267), postea ANTONIUS KOCYAN totam regionem Tatrae septentrionalis perscrutabatur (856). Aves comitatus Szepes MICHAEL GREISIGER descripsit (594, 595); avibus comitatus Gömör post rudimenta, quae WAGNER (1677), BRUSEK (1792), SCHABLIK (1808), et JULIUS GEYER (589) fecerant, ALEXANDER LOVASSY operam navavit (1012, 1016), qui ut ornithologus disciplinae peritus non solum de fauna, sed etiam de nidorum ratione res eiusmodi protulit, quae nullus ornithologus, qui avibus nostris operam dederit, negligere poterit. Inter libros, de avibus partium Hungariae superiorum agentes adducimus etiam enumerationem CAROLI KARDOS de avibus comitatus Máramaros (816).

Erdélyben a madártan egész különállóan fejlődött. Leghivatottabb művelője volt CSATÓ JÁNOS, kinek nevével valósággal összeforrott Erdély madártanának újabb története. Kiváló alaposág és szak tudás jellemzi nagyszámú publikációit, melyek közül különösen fölemlítendők a Retyezát (288), a Székásvölgy (289), a Sztrigy mentének (290) madártani ismertetése, Alsófehér és Hunyad vármegye teljes ornithographiája (305), végül Alsófehér vármegye állatvilágát ismertető monographiája (329). Utóbbi ugyan a következő korszakban jelent meg, de, miként CSATÓ egész működése, a magyar madártan második korszakába tartozik. Összesen 270 fajt mutatott ki, melyek közül számosat ő mutatott ki Erdélyre nézve (286, 287, 293, 296, 302, 304, 319 stb.); azonkívül értékes monografiákkal is gyarapította Erdély madártanáról szóló ismereteinket (292, 316 stb.). Adatait legnagyobb részükben a saját nagyszabású gyűjteményében lévő példányokra alapította. Kiváló szak-képzettsége alapján csak ritkán tévedett a meghatározásokban, úgyszólván csak olyan fajoknál, a melyek jellemző bélyegeit még a tudomány sem állapította meg teljes pontossággal.

Számos értékes és eredeti adatot tartalmazó monografiát adott BUDA ÁDÁM Hunyad megye orniszáról (172); adatai szintén nagyobbrészt saját gyűjteményében levő példányokra támaszkodnak. Erdély madárfaunájáról összefoglaló, sok eredeti adaton kívül az irodalomra is támaszkodó monografiát adott DANFORD G. Ch. és HARVIE-BROWN A. J. a «*The Ibis*» folyóiratban (417), melynek nagy érdeme, hogy Erdély madártani viszonyairól a külföldet is tájékoztatta.

HAUSMANN VILMOS a Berczaság orniszát ismertette számos közleményben (666-680); főleg saját gyűjtése eredményeiről számolt be; CSERNY BÉLA Gyulafehérvár környékének madárvilágáról adott több közlést (338-340), de közléseiben számos kétes adat is van.

Erdély madárvilágának összefoglaló tárgyalását ezúttal is BIELZ E. A. adja korábbi munkájának 1888-ban megjelent II. kiadásában (125), mely magában foglalja mindazt, a mi Erdély orniszára vonatkozólag addig megjelent. Összesen 310 fajt mutat ki s csak az a kár, hogy nem helyezkedett teljesen az egyedül helyes alapra, mely szerint valamely madárfaj előfordulását föltétlenül gyűjteményben lévő példányra kell alapítani; ennek következtében sok adata nem állhat meg. Bár HERMAN OTTÓ madártani eredményeinek méltatása más lapra tartozik, mégis megemlítendő, hogy Erdély, kivált a Mezőség madártani viszonyainak kikutatásában jelentős szerepe volt (693-700).

In Transylvania studium ornithologiae seorsim se explicabat. Ex eis, qui huic rei ibi operam dabant, maxime excellit JOHANNES CSATÓ, vir doctrinae subtilitate praestans, ex cuius libris ut optimos adducimus eos, qui de avibus in montibus Retyezát (288) in regione Székásvölgy (289) et apud flumen Sztrigy (290) viventibus agunt. Edidit praeterea ornithographiam totam comitatum Alsófehér et Hunyad (305) et monographiam animalium comitatus Alsófehér (329). Monographia quidem iam aetate sequenti prodit, magis tamen ut etiam ratio auctoris, secundae aetati ornithologiae Hungaricae attribuenda est. Species 270 enumeravit, in quibus ex Transylvania complures novas (286, 287, 293, 296, 302, 304, 319 etc.). Monographias praeterea de avibus Transylvaniae edidit (262, 316 etc.), in quibus describendis plerumque exemplaribus collectionis suae magnifice utitur. Vir eruditissimus, in definitionibus raro errat, potius in speciebus tantum, de quarum notis adhuc inter peritos quoque ambigitur.

Exemplaribus plerumque collectionis suae usus complures monographias non viles ÁDÁM BUDA de avibus comitatus Hunyad composuit (172), res originales continentes. Opus faunam avium Transylvaniae complectens in ephemeride, «*The Ibis*» (417) inscripta, tam et res originales complures, quam litteraturam in usum suum vertens ediderunt G. Ch. DANFORD et A. J. HARVIE-BROWN, quorum merito aves Transylvaniae et apud exteros pernotuerant.

GUIL. HAUSMANN aves regionis Berczaság vocatae descripsit, maxime eas, quas ipse collegerat (666-680). BÉLA CSERNY de avibus regionum circa urbem Gyulafehérvár quaedam — inter quae plura incerta — protulit (338-340).

Aves Transylvaniae complectebatur E. A. BIELZ anno 1888 in editione secunda operis sui, qua omnia, de avibus usque ad hoc tempus publicata comprehendit. Species 310 enumerat, sed dolendum est, quod in speciebus enumerandis nonnunquam tales profert, quae nullo exemplari collectionum probari possunt, quod tamen flagitandum est; eo fit, ut nonnulla, quae profert, reicienda sint. Ea, quae O. HERMAN de ornithologia meritis est, alibi adducentur; nunc tantum commemoramus eius operibus etiam factum esse, ut aves Transylvaniae, praecipue autem regionis Mezőség notae fierent (693-700).

A lokális faunák ismertetése után még azokról a kutatókról kell megemlékezni, a kik vagy monografiák írásával, vagy pedig a teljes orniszra vonatkozó vizsgálataik révén készítették elő a magyar madártan következő korszakát. Kiváló hely illeti meg ezek közül FRIVALDSZKY IMRÉT, kinek Magyarország faunájára vonatkozó «jellemző adatai» (546) mindenkor becses forrásmunkát alkotnak épen a PETÉNYI után következő korszakból, a mikor a szűkebb értelemben vett Magyarorszáiban újszólván egyedül képviselte az ornithológiát. Sokfelé utazgatott az országban, tekintélyes gyűjteményt is szerzett s ezért adatait nagyfokú megbízhatóság jellemzi. Hasonlóképen túlnyomóan gyűjteményekben lévő példányokra vonatkozó, tehát becses és megbízható adatokat találunk PELZELN ÁGOST közleményeiben (1213—1216). HODEK EDE bécsi præparator számos gyűjtő kirándulása alkalmával sok értékes adalékot gyűjtött Magyarország orniszáról, számos érdekes és gazdag faunaterületet fedezett föl s ezekről szóló közleményei (738, 740, 741, 742, 744, 747) becses történeti kútforrások hazánk akkori madártani viszonyairól.

Igen termékeny madártani írónk, a ki a következő korszakba is áttérjedő működésével főleg a szak népszerűsítése terén szerzett érdemeket, LAKATOS KÁROLY. Számos monografiaszerű rajzot adott egyes fajokról és nemekről (918, 919, 920, 923, 924, 927, 933), továbbá főleg Csongrád megye s a gazdag vízi madárvilágáról híres szegedi Fehértó faunisztikai viszonyait ismertette, sajnos, kissé hézagosan (922, 925, 929). Magyarország nappali ragadozó madarairól ő adta az első monografiát 1882-ben (921), melyet 1910-ben újabb adatokkal és a bagolyfélékkel kibővítve II. kiadásban adott közre (941).

Dr. MADARÁSZ GYULA ornithológiai működésének méltatása a következő korszakba tartozik. Itt csak Magyarország ragadozó és éneklő madarainak monografiája (1043, 1044), továbbá réczeféléinek PETÉNYI kéziratai alapján végzett földolgozása (1042) említendő.

Túlnyomóan ebbe a korszakba tartozik SCHMIDHOFFENI TSCHUSI VIKTOR lovagnak sokoldalú s a magyar madártan fejlődésére jelentékeny befolyású működése. Habár ez a működése mind a mai napig egyenlő erővel és eredményességgel folyik, mégis a magyar madártan második korszakának keretében kell azt méltatni, mert súlypontja ebbe tartozik és jelentős szerepet vitt az új korszak előkészítésében is. Legtermékenyebb madártani írónkat fölülmúló, minden ízében értékes irodalmi működéséből elsősorban a magyar madártani iro-

Faunis localibus enumeratis de eis adhuc investigatoribus dicendum est, qui vel monographiis scribendis, vel omnibus avibus scrutandis sequentem ætatem ornithologiæ Hungaricæ præparabant. Ex his inter primos est adducendus EMERICUS FRIVALDSZKY, cuius «res propriæ» faunæ Hungariæ (546) semper pro fonte erunt ex eis temporibus, quæ post PETÉNYI-um erant, cum in Hungaria propria solus fere ornithologus erat. Multifariam regnum peragravit, collectionem magnam sibi comparavit, quam ob rem ei magnopere credi potest. Exemplaribus collectionum plerumque utitur etiam AUG. PELZELN (1213—1216). EDUARDUS HODEK præparator Vindobonensis, cum Hungariam peragraret, res multas, non leves de avibus nostris collegit; multas regiones faunarum copiosarum et memorabilium invenit. Scriptis suis, quæ de his edidit, (738, 740, 741, 742, 744, 747) ornithologia nostra eorum temporum maxime illustratur, quam ob rem scripta hæc nobis fontis loco sunt.

Plurimas publicationes de avibus nostris edidit CAROLUS LAKATOS, qui non mediocre honorem sibi acquisivit litteras in vulgus efferendo. Complures quasi-monographias edidit de nonnullis speciebus et generibus (918, 919, 920, 923, 924, 927, 933); deinde descripsit — non tamen perfecte — faunas comitatus Csongrád et lacus Fehértó (922, 925, 929), qui est apud urbem Szeged et propter multitudinem avium in aquis viventium celeberrimus est. Is vir præterea monographiam primam de raptatoribus diurnis Hungariæ anno 1882 composuit (921), quam anno 1910 novis additamentis et strigidis auctam iterum edidit (941).

Opera JULII MADARÁSZ ornithologica iam ad ætatem sequentem pertinent. Nunc tantum monographiam suam de raptatoribus et oscinibus Hungariæ conscriptam adducimus (1043, 1044) et librum de anatidibus editum, in quo conscribendo et manuscriptis PETÉNYI-i usus est (1042).

Maxime hac ætate eques VICTOR TSCHUSI de SCHMIDHOFFEN libris suos varios conscripserat, quibus de ornithologia Hungarica bene meritus est. Qui quamquam hodie etiam æquali vigore et eventu rem gerit, secundæ tamen ætati ornithologiæ nostræ est attribuendus; tunc enim maxime florebat et ætatem sequentem quoque præparabat. Ex scriptis suis optimis, quorum multitudine etiam uberrimos auctores nostros superat, primo loco ea adducimus, quæ in emolumentum litteraturæ Hungaricæ ornithologiæ, quasi fundamenta agens con-

dalom terén végzett alapvető munkássága említendő (1514—1532). Hozzájárult számos faunisztikai kérdésünk tisztázásához (1550—1553, 1555, 1559, 1562, 1564, 1565, 1575, 1576, 1582, 1589), újabban pedig a palæarktikus formákra vonatkozó, a subtilisabb különbségekre is kiterjeszkedő vizsgálatait a magyar ornizsra is kiterjesztette (1592, 1593, 1595). Egyik specialitása, hogy már ornithológiai pályájának kezdete óta számontartotta az időszakos madárinváziokat s ezzel igen sok beces adatot mentett meg az elkallódtástól. (Idevágó közleményei 1554, 1558, 1561, 1563, 1565—1570, 1572—1574, 1579, 1585, 1588, 1590, 1591, 1594, 1596—1600). A magyar madártan fejlődésére a legnagyobb hatással voltak 1870 óta kiadott «Ornithologische Mittheilungen» című évi jelentései (1498—1506), mert ezekből fejlődött 1881-ben az első madárvonulási jelentés (1507), mely az előbbiekkal együtt megadta az impulzust az első «osztrák-magyar megfigyelő hálózat» létesítéséhez. Ez a hálózat RUDOLF trónörökös egyenes kívánságára létesült s az 1882—1887-ig megjelent évi jelentések (1508—1513) rendkívül gazdag és javarésztben értékes vonulási és faunisztikai anyagot tartalmaznak, melynek összegyűjtésében akkori legjobb megfigyelőink vettek részt, így CHERNEL ISTVÁN, CSATÓ JÁNOS, BUDA ÁDÁM, GREISIGER MIHÁLY, CZYK EDE, KOCYÁN ANTAL, SZIKLA GÁBOR stb., a kik a későbbi magyar megfigyelő hálózatnak is első megfigyelői lettek.

Ezzel elérkeztünk a magyar madártan második korszakának utolsó fejezetéhez, a *madárvonulás kutatására vonatkozó munkálatok ismertetéséhez*, melyeknek abban van az óriási jelentőségük, hogy az új korszak éppen a madárvonulási kutatásokból született, azok alkották azt a lépcsőt, melyen a magyar madártan mai pozíciójához följutott, továbbá éppen a madárvonulási kutatások terén találkozott az a két férfiú, a kiknek működése megnyitotta az új korszakot a magyar madártanban. Az egyik néhai RUDOLF trónörökös, a másik HERMAN OTTÓ. Az esemény, a mely a két korszak határvonalát alkotja, az *1891-ben Budapesten tartott II. nemzetközi madártani kongresszus*. RUDOLF trónörökösnek köszönhető a kongresszus létesítése, de viszont HERMAN OTTÓ volt az, a ki ezt az eseményt a magyar madártan fejlesztésére páratlan módon gyümölcösöztette.

A vonuló madarak érkezésére és távozására vonatkozó adatokat már PETÉNYI gyűjtötte. ZEYK rendszeresen jegyezte a madárvonulási adatokat,

scripsit (1514—1532). Eius auxilio quæstiones nonnullæ, de fauna nostra exortæ, dilutæ sunt (1550—1553, 1555, 1559, 1562, 1564, 1565, 1575, 1576, 1582, 1589), novissimis autem temporibus investigationes suas ad formas palæarcticas pertinentes et differentias subtiliores etiam respicientes ad aves Hungariæ quoque extendebat (1592, 1593, 1595).

Proprium est eius iam ex eo tempore, quo se primum ornithologiæ dedit, invasiones avium per certa intervalla temporum factas annotare, quo facto res maxime memorabiles ab interitu servavit (1554, 1558, 1561, 1563, 1565—70, 1572—74, 1579, 1585, 1588, 1590, 1591, 1594, 1596—1600). Ad ornithologiam Hungariæ promovendam plurimum valuerunt relationes suæ annuæ ab anno 1870 editæ, «Ornithologische Mittheilungen» inscriptæ (1498—1506), ex his enim anno 1881 relatio prima de avium migratione enata est (1507), quæ cum prioribus causa fuit, ut stationes ad observandas migrationes per totam Austriam et Hungariam constituerentur. Stationes hæ RUDOLPHO, hereditario principe flagitante constitutæ sunt et relationes annuæ intra annos 1882—1887 editæ (1508—1513) res copiosissimas, ad migrationes et faunam pertinentes continent, in quibus colligendis optimi nostri observatores eius temporis occupati erant, ut STEPHANUS CHERNEL, JOANNES CSATÓ, ÁDÁM BUDA, MICHAEL GREISIGER, EDUARDUS CZYK, ANTONIUS KOCYÁN, GABRIEL SZIKLA etc., qui et stationum Hungaricarum postea constitutarum observatores primi erant.

Nunc ad ultimum caput ætatis secundæ ornithologiæ Hungariæ pervenimus, quo capite ea, quæ ad migrationes avium inspiciendas facta sunt, exponemus. Hæc omnia maximi momenti sunt, nam ætas nova ex investigationibus de migratione avium enata est: hæ investigationes ornithologiam Hungaricam ad hodiernum fastigium provexerant, in his migrationibus investigandis viri duo alius alii occurrerunt, qui ætatem novam ornithologiæ Hungariæ constituerunt. Horum alter est princeps hereditarius RUDOLPHUS, alter OTTO HERMAN. Aetates duæ inter se congressu omnium gentium ornithologico secundo Budapestini anno 1891 habito discernuntur. Pro congressus constitutione hereditario principi RUDOLPHO debemus gratias, eventus tamen eius prosperos OTTO HERMAN in emolumentum ornithologiæ Hungariæ converterat.

Res, quæ ad adventum et decessum avium migrantium pertinent, iam PETÉNYI colligere cœperat, ZEYK systemate usus eas annotabat, neque STETTER

továbbá STETTER is figyelemmel kísérte ezt az érdekes tüneményt (1430, 1432). FRITSCH KÁROLY kezdeményezésére 1853 óta egyes meteorológiai megfigyelők a madarak vonulására is kiterjeszkedtek s hozzáküldték adataikat (1705—1708) addig, a míg 1871-ben a magyar meteorológiai intézet meg nem kezdette működését. Ettől az időtől fogva 1886-ig dr. STAUB MÓRICZ dolgozta föl a hozzá érkezett «zoophænológiai» adatokat (1753, 1756). A nagyszombati természettudományi egyesület meteorológiai megfigyelői közül is többen figyelték a madarak vonulását, így LURTZ (1733), REISSENERGER (1744) és SALZER (1753, 1754).

Az ornithológusok közül LÁZÁR KÁLMÁN, NAGY JÓZSEF dr., CSATÓ JÁNOS és CHERNEL KÁLMÁN megfigyelései és közleményei említendők. FORGÁCH KÁROLY gróf 1872-ben kezdte a megfigyeléseket Ghymesen, s folytatta teljes 40 éven keresztül.

Az első rendszeres megfigyeléseket HERMAN OTTÓ végezte; kisebb mértékben kezdte Kolozs-várott, majd 1867-ben Gyekén, 1868-ban pedig Mezőzáhon a maguk nemében klasszikus és mintaszerű ornithophænológiai megfigyeléseket végzett, kiegészítve a meteorológiai elemekkel is.

De mindezek az izoláltan maradt kezdeményezések nem indíthatták meg a magyar madártan fejlődésének új korszakát. A lökést a külföldön megindult nagy mozgalom adta meg. PALMÉN-nek 1874-ben svéd, 1876-ban német nyelven megjelent munkája a madarak vonulási útjáról valósággal forradalmat keltett az akkori tudományos körökben. Akkoriban tán tudomást se vettek nálunk erről a munkáról, pedig a véletlen folytán döntő fontosságú szerepet kell neki tulajdonítani a magyar madártan fejlődésére. PALMÉN munkája nem talált osztatlan elismerésre s leghevesebb ellenfele éppen az a HOMEYER JENŐ SÁNDOR volt, a ki 1878-ban BREHM ALFRÉD-dal együtt kísérője volt RUDOLF trónörökösnek, a mikor emlékezetes madártani utazásait folytatta Magyarországon. PALMÉN a keskeny, szűken határolt útvonalak elméletét vitatta, HOMEYER a széles arcvonalban lefolyó vonulás mellett kardoskodott. Szerinte a keskeny útvonalokról szóló elmélet csak azért születhetett meg, mert eladdig nagyon kevés volt a megfigyelő; *ha megfelelő sűrűségű megfigyelő hálózattal lehetne megfigyeltetni a madárvonulást, menten kiderülne, hogy a madarak mindenütt vonulnak, nemcsak a Palmén-féle keskeny útvonalak mentében.* Habár nincs közvetlen adatunk róla, mégis elutasíthatatlan az a gondolat, hogy a HOMEYER-rel, a legizőbb harez idejében töltött együttlétben keresendő RUDOLF

has negligebat (1430, 1452). Meteorologi quidam a CAROLO FRITSCH incitati iam ex anno 1853 migrationes avium quoque observabant eumque de observationibus certiores faciebant (1705, 1708) usque ad diem, cum anno 1871 Institutum Meteorologicum Hungaricum constitutum est. Ab eo tempore usque ad annum 1886 MAURITIUS STAUB res zoophænológicas, ad eum pervenientes, connotabat (1753, 1756). Meteorologi societatis naturalibus rebus investigandis in urbe Nagyszombati sæpius migrationes avium observabant, ut LURTZ (1733), REISSENERGER (1744) et SALZER (1753, 1754).

Ex ornithologorum observationibus et publicationibus eas adducimus, quæ a COLOMANNO LÁZÁR, JOSEPHO NAGY, JOANNE CSATÓ et COLOMANNO CHERNEL oriuntur. Comes CAROLUS FORGÁCH anno 1872 in arce sua Ghymes observationes facere cœpit, easque per 40 annos continuavit.

Systemate quodam usus OTTO HERMAN primus observationes fecerat; principio non ita sæpe in urbe Kolozsvár, tum anno 1867 in pago Gyeke, anno 1868 in pago Mezőzáh exactas, quasi pro exemplari valentes et adnotationibus meteorologicis instructas.

Tamen observationibus his seorsim factis nova ætas ornithologiæ Hungariæ constitui non potuit: ab viris doctis exteris factum est, ut hæc constitueretur. Liber PALMÉN-is anno 1874 lingua Suecica, anno 1876 lingua Germanica editus de itinere, quo aves migrantes cederent, viros doctos eius ætatis maxime incitabat. Quamquam nostrates librum hunc fortasse ne noscere quidem cupiebant, tamen casu accidit, ut liber hic ad promovendam ornithologiam Hungaricam plurimum valeret. Liber PALMÉN-is non ab omnibus probabatur maximeque ei adversabatur EUGENIUS ALEXANDER HOMEYER, qui anno 1878 una cum ALFREDO BREHM principem hereditarium RUDOLPHUM in itineribus ornithologicis memorabilibus per Hungariam factis comitabatur. PALMÉN avium migrationes angusta fronte, HOMEYER autem lata fronte fieri affirmabat et adiecit theoriam de migrationibus angustæ frontis solum propter paucitatem observatorum oriri potuisse. Si stationes densius collocatæ avium migrationes observarent, statim apparere aves ubique locorum migrare, neque solum itinera angusta ab PALMÉN-e demonstrata sequi. Cum vehementissime de hac re disceptaretur, tum HOMEYER principem hereditarium comitabatur et ideo, quamquam hoc ab nemine nar-

trónörökös ötletének a forrása, mely szerint az egész világot átfogó megfigyelő hálózatot kellene létesíteni a vita eldöntésére, az eddig ismeretlen és kifürkészhetetlennek minősített rejtvény megoldására.

A mi másnál csak merész és megvalósíthatatlan ábránd maradt volna, azt a királyfi, ha nem is teljesen, és, tragikus halála következtében, nem is tartósan, de mégis meg tudta valósítani a P. I. O. C. (Permanentes Internationales Ornithologisches Comité = Állandó Nemzetközi Madártani Bizottság) megteremtése révén. Ránk nézve ebből a nagyfontosságú akzióból két igen jelentékeny eredmény háramlott: az egyik a szakornithologusokból álló első megfigyelő hálózat létesítése, melyről már fentebb volt szó, a másik pedig a nemzetközi madártani kongresszusok intézményének szervezése. Az első kongresszusokat RUDOLF iránt való hódolattól a monarchiában tartották; az elsőt 1884-ben Bécsben, a másodikat 1891-ben Budapesten. A mint már jeleztem, ebből a kongresszusból sarjadt ki az újabb madártan terebélyes fája. Ezen korszakalkotó tevékenysége mellett azonban RUDOLF a szigorúan vett szakirodalom terén is sikerrel működött. Utazásai alkalmával számos ornithologiai Eldorádót ismert meg; ezekről szóló közleményei (1321, 1322) főleg ritkább ragadozó madaraink elterjedési és fészkelési viszonyaira nézve maradandó értékű kútforrást szolgáltattak.

Rátérve már most a kongresszusra, elsősorban az előkészítő munkálatokat kell főlemlíteni, a melyek már maguk is igen jelentős eredményekkel jártak. HERMAN OTTÓ mint az előkészítő bizottság előadója állította össze a programot, melynek legjelentősebb pontjai voltak:

1. A tudományosan megállapított magyar orniszra vonatkozó adatok összeállítása.

2. A magyar ornisz kiállítása.

3. Mintamegfigyelés 1890-ben.

4. Megfigyelési Szabályzat kidolgozása.

E program-pontok megvalósítása érdekében rendkívül élénk és jelentős munkálatok indultak meg, a melyekből HERMAN OTTÓ vezetése alatt főleg CHERNEL ISTVÁN, FRIVALDSZKY JÁNOS, LOVASSY SÁNDOR és MADARÁSZ GYULA vették ki részüket.

A kongresszusra készült munkák a következők voltak:

HERMAN OTTÓ a magyar madártan multjának legfényesebb korszakát mutatta be PETÉNYI SALAMON JÁNOS életrajzával (708, 709), egyúttal vázolta azokat a tragikus körülményeket, melyek e legkiválóbb kutatónk érvényesülését, s ezzel a magyar madártan fejlődését is meggátolták.

ratur, tamen putari potest, propter hunc convictum principem hereditarium consilium cepisse, ut stationes per orbem terrarum constituerentur ad quæstionem solvendam et ad rem adhuc obscuram illustrandam.

Rem alioquin difficilem regis filius, quamquam non perfecte et diuturne — nam præmatura morte ereptus est — tamen exsequi potuit et P. I. O. C. (Permanentes Internationales Ornithologisches Comité = Consilium permanens omnium gentium ornithologicum) constituit. Ex hac re duo ad nos commoda pervenerunt: primum quod stationes ex ornithologis peritis ad observandum constitutæ sunt; alterum, quod congressus omnium gentium ornithologici fieri cœperunt. Horum primi, ut gratiæ RUDOLPHO agantur, in monarchia nostra sunt celebrati et quidem primus anno 1884 Vindobonæ, secundus anno 1891 Budapestini. His congressibus factum est, ut iam supra annotavi, ut ornithologia nostra recentissimæ ætatis nasceretur. Interea RUDOLPHUS etiam libros eius generis edidit, quibus se artis ornithologiæ peritissimum probavit. In itineribus loca complura, avium multitudine plena invenit. Quæ de his conscripsit, non minus quam ea, quæ de nidis et regionibus raptatorum, rarius occurrentium publicaverat, nobis fontis loco sunt.

Ut ad ipsum congressum redeam, primum opera præparantia adduco, quæ iam ipsa multa commoda secum ferebant. OTTO HERMAN, consilii præparantis relator, programma composuit, cuius capita nobiliora sunt:

1. Res, quæ se ad aves Hungariæ certe stabilitas pertinent, colliguntur.

2. Exhibitio avium Hungaricarum.

3. Quomodo anno 1890 observationes fierent, demonstratur.

4. Præcepta ad observationes faciendas.

Quæ capita ut conficerentur, ductore OTTO-NE HERMAN-O maxime operam dabant STEPHANUS CHERNEL, JOHANNES FRIVALDSZKY, ALEXANDER LOVASSY et JULIUS MADARÁSZ.

Libri pro congressu confecti sunt hi:

OTTO HERMAN ætatem illustrissimam ornithologiæ Hungariæ temporum priorum produxit vitam JOANNIS SALOMONIS PETÉNYI-I conscribendo (708, 709), simul proposuit, quibus rebus tristissimis investigator iste noster nobilissimus in suo conatu prohibitus esset, cum ornithologiam Hungaricam promovere vellet.

FRIVALDSZKY JÁNOS *Aves Hungariæ* címen (352) összeállította a magyarországi madarak jegyzékét, melybe csakis azok a fajok vétettek föl, a melyekről valamely muzeumban hiteles, vagy legalább akkoriban hitelesnek tartott példány igazolta az országban való előfordulását. Ez a körülmény avatja a magyar madárfaunára vonatkozó alapvető munkává, melynek jelentőségét még növelte a latin nyelven való megjelenése, mert így a külföld is fölhasználhatta. Összesen 325 fajt mutatott ki a szűkebb értelemben vett Magyarországról; egy-két esetet leszámítva, azonban még teljesen mellőzte a szubspezieseket.

A magyarországi ornisz kiállítása ügyében CHERNEL ISTVÁN és MADARÁSZ GYULA rengeteg munkát végezett az anyag összegyűjtésében. A kiállításhoz MADARÁSZ írt *Magyarázót* (1047). A madarak mellett oologiai kiállítás is volt, melynek összeállításában CERVA FRIGYES és LOVASSY SÁNDOR működött közre; utóbbi írta hozzá a katalógust (1017).

A madárvonulás megfigyelésére vonatkozó *csabályzat*-ot is elkészítette a bizottság (1788).

A *mintamegfigyelést* 1890-ben hajtották végre. A négy legfontosabb állomást, az úgynevezett dunántúli diagonálist HERMAN OTTÓ (Balaton, Tótszentpál), CHERNEL ISTVÁN (Velencei tó, Dinnyés), MADARÁSZ GYULA (Fertő, Hegykő) és SZIKLA GÁBOR (Drávatorok) látta el. A többi résztvevő a következő volt: BUDA ÁDÁM Reá, CSATÓ JÁNOS Nagyenyed, CZYK EDE Fogaras, FÁSZL ISTVÁN Sopron, GEYER GYULA Igló, GREISIGER MIHÁLY Szepesbéla, HÖNIG ISTVÁN Sövényháza, KIMAKOVICZ MÓR Nagyszében, KOCYÁN ANTAL Zuberencz, KUHN LAJOS Nagyszentmiklós, KUNSZT KÁROLY Csallóközsomorja, LAKATOS KÁROLY Horgos, MEDREZKY ISTVÁN Ungvár. A megfigyelésben BEDŐ ALBERT rendeletére résztvettek ezúttal először a *magyar királyi Erdőhatóságok* is. A megfigyelések adatait a tavaszi vonulásra vonatkozó történeti anyaggal együtt HERMAN OTTÓ dolgozta föl és adta ki (711, 712), a mivel megvetette a magyar ornithophæologiai kutatások alapját.

A kongresszus lefolyásáról kiadott *Főjelentés* a honi szerzők — BUDA, CHERNEL, CSATÓ — faunisztikai közlésein kívül (173, 239, 316) a kongresszussal kapcsolatosan rendezett kirándulásokról szóló útleírások egy részét is tartalmazza. Ilyeneket írt LEVERKÜHN (974), SCHAEFF (1340) és TSCHUSI (1377). Kívülök mások is közöltek ily útleírásokat, így TALSZY (1480) és TAMÁSSY (1481), főleg pedig HOMEYER SÁNDOR (756, 757) és LIBURNAI LORENZ LAJOS (1005, 1006); a két utóbbi a következő évben újabb tanulmányútra jött Magyarországra.

JOANNES FRIVALDSZKY indicem «Avium Hungaricarum» composuit (352) in quem eas species solas recepit, quæ exemplari certo, vel tum pro certo putato musæi alicuius comprobatae sunt; quem ob rem liber is nobis fontis loco est, auctoritatemque eius magis auget, quod lingua Latina editus est, ita ut eo exteri quoque uti possent. Species 325 in Hungaria propria enumerat, subspecies autem pæne omnino neglexit.

De avibus Hungariæ exhibendis STEPHANUS CHERNEL et JULIUS MADARÁSZ maxime meriti sunt materiam colligendo. Exhibitionem MADARÁSZ interpretabatur (1047). Præter aves ova quoque exhibita erant, quibus colligendis FRID. CERVA et ALEXANDER LOVASSY operam navabant. Catalogum (1017) LOVASSY conscripserat.

Et præcepta, quomodo avium migrationes observandæ essent, a consilio confecta sunt (1788). Observatio, quæ quasi pro exemplo esset, anno 1890 facta est. In stationibus quattuor, quæ maximi momenti erant, in diagonali Transdanubiano erant OTTO HERMAN (Balaton, Tótszentpál), STEPHANUS CHERNEL (Lacus apud pagum Velence, Dinnyés), JULIUS MADARÁSZ (Fertő, Hegykő), GABRIEL SZIKLA (Drávatorok). Observatores ceteri erant: ADAM BUDA (Rea), JOANNES CSATÓ (Nagyenyed), EDUARDUS CZYK (Fogaras), STEPHANUS FÁSZL (Sopron), JULIUS GEYER (Igló), MICHAEL GREISIGER (Szepesbéla), STEPHANUS HÖNIG (Sövényháza), MAURUS KIMAKOVICZ (Nagyszében), ANTONIUS KOCYAN (Zuberencz), LUDOVICUS KUHN (Nagyszentmiklós), CAROLUS KUNSZT (Csallóközsomorja), CAROLUS LAKATOS (Horgos), STEPHANUS MEDREZKY (Ungvár). Observationes iussu ALBERTI BEDŐ institutæ erant etiam — tum primum — in territoriis præfecturarum regiarum silvarum. Ea, quæ observata sunt, simul cum rebus ad migrationem vernam pertinentibus OTTO HERMAN collegit et edidit (711, 712), qua re investigatoribus ornithophæologicis viam monstravit. Relatio summa, de congressu edita, præter scripta nostratum (BUDA, CHERNEL, CSATÓ) ad faunam avium pertinentia (173, 239, 316), partim descriptiones quoque earum excursionum continet, quæ congressus tempore factæ sunt. Tales scriperunt: LEVERKÜHN (974), SCHAEFF (1340) et TSCHUSI (1377). Præter hos alii quoque descriptiones tales ediderunt, ut TALSZY (1480) et TAMÁSSY (1481), præcipue autem ALEXANDER HOMEYER (756, 757) et LUDOVICUS LORENZ de LIBURNAI (1005, 1006), qui anno insequenti studiorum causa iterum in Hungariam pervenerunt. LORENZ

LORENZ azonkívül összeállította a bécsi cs. k. udvari muzeumban levő magyar származású madarak jegyzékét (1007).

A kongresszust előkészítő, továbbá az annak következtében létrejött munkálatoknak eme vázlatos ismertetéséből látható, hogy milyen nagy erővel indult meg Magyarországon a madártani kutatás. Csak arra a vezető férfúra volt szükség, a ki egyrészt biztosítani tudja az eddigi eredményeket, másrészt a szétszórtan működő erők egyesítésével az intenzivebb fejlődést is megindítsa. Ez a férfiú HERMAN OTTÓ volt, a ki a kongresszus nagy sikerei alapján megbízást kapott oly állami intézmény szervezésére, mely a magyar madártan művelését szolgálja, elsősorban a madárvonulás tünetényét kutassa. Így kelt életre 1893 őszén CSÁKY ALBIN gróf akkori kultuszminiszter rendeletére a *Magyar Ornithologiai Központ*, mely 1901-ben DARÁNYI IGNÁC minisztersege idejében a Földművelésügyi Miniszteriumnak madártani kérdésekben szakvéleményt adó intézetévé szerveztett át. A madárvédelemnek nemzetközi szervezése az újabb időben oly méreteket öltött, hogy a miniszteriumok már nem nélkülözhetnek oly intézeteket, melyek ebben a kérdésben szakvéleményt adhatnak. Ez az oka, hogy az Északamerikai Egyesült-Államok példájára, melyet elsőnek Magyarország követett, ma már a legtöbb európai államnak van ilyen, vagy ehhez hasonló intézete.

Az intézet megalapítása után fokozatos szervezése és fejlesztése következett s HERMAN OTTÓ legjelentősebb ornithologiai ténykedésének éppen ez intézetnek előre nem is sejtett arányokban való fölvirágztatását kell tekinteni.

Első dolga volt a madárvonulás megfigyelésére szolgáló hálózatnak a szervezése, a mely folytonosan bővülve új tagokkal és föladatokkal mind a mai napig működik, a mi eddigelé az egész világon egyedül álló jelenség. A megfigyelő hálózat kiterjed az egész ország területére s nem merül ki a madártan jelenségeinek éber szemmeltartásában, hanem társadalmi téren is eredményes propagandát csinál a madártannak s ezzel együtt a mai korszak egyik vezető eszméjének, a természet-tudományi művelődésnek. A megfigyelők névsora, a kik huzamosabb időt töltöttek a magyar madártan szolgálatában, a következő: ALMÁSSY György dr., BARTHOS Gyula, BITTERA Gyula, BODNÁR Bertalan, BOROSKAY János, BUDA Ádám, CHERNEL István, CSATÓ János, CZYNK Ede, ERTL Gusztáv, FÁSZL István, FERNBACH Károlyné, FORGÁCH Károly gróf, Dr. FROMM Géza, GRETZMACHER Gyula, GREISIGER Mihály dr., HAJDU István, HAUER Béla, HAUSMANN Ernő, HEGY-

prætereā composuit indicem earum avium musæi aulæ cæs. reg. Vindobonensis, quæ in Hungaria sunt repertæ (1007).

Iam ex summario hoc librorum, qui partim ante congressum editi, partim propter eum scripti sunt, videri potest, quantopere apud nos studia ornithologica corroborari cœpissent. Viro tantum egebamus, qui et parta conservare et viribus, quæ dissipatæ erant, unitis res ornithologiæ magis augere posset. Talem se præbuit OTTO HERMAN, cui post eventus prosperos congressus publice est mandatum, ut institutum in usum ornithologiæ Hungariæ constitueret, quod imprimis avium migrationes observaret. Ita vere anni 1893 iubente Comite ALBINO CSÁKY, qui tum rebus religionis et institutionis scholarum in Hungaria præerat, *Centrale Ornithologiæ Hungariæ* est constitutum, quod postea ab anno 1901 auxiliante IGNATIO DARÁNYI eorum temporum agriculturæ ministro regio Hungarica ita commutabatur, ut illud viri, agriculturam Hungaricam administrantes, in omnibus rebus, ad aves pertinentibus consulere deberent. Res enim ad tutelam avium pertinentes recentioribus temporibus tanti momenti se præbebant, ut ministeria statuum carere non possent institutis, quæ quæstiones huc pertinentes diluerent. Quo factum est, ut post exemplum Statuum-Unitorum in America septentrionali, quod primum Hungaria est secuta, iam plurimæ respubiicæ Europæ instituta vel eiusmodi, vel huius similia haberent.

Institutum nostrum conditum postea HERMAN ordinavit et gradatim auxit, quibus rebus optime de ornithologia meritis est.

Primum id egit, ut stationes ad migrationes avium observandas constituerentur, quæ semper auctæ semper nova et maiora sibi proposuerant, et hodie quoque exstant, cuius exemplum nullum invenitur. Stationes hæ ubique in regno nostro reperiri possunt, nec solum aves diligenter observant, sed litteras in vulgus efferunt, et hominum animos ad studium rerum naturæ incitant, quæ studia hodie maxime florent et plurimum valent. Observatores, qui per longius tempus operam suam ornithologiæ Hungariæ navabant sunt: GEORGIUS ALMÁSSY, JULIUS BARTHOS, JULIUS BITTERA, BARTHOLOMÆUS BODNÁR, JOANNES BOROSKAY, ADAM BUDA, STEPHANUS CHERNEL, JOANNES CSATÓ, EDUARDUS CZYNK, GUSTAVUS ERTL, STEPHANUS FÁSZL, CAROLI FERNBACH coniunx, COMES CAROLUS FORGÁCH, GEISA FROMM dr., JULIUS GRETZMACHER, MICHAEL GREISIGER, STEPHANUS HAJDU, BÉLA HAUER, ERNESTUS HAUSMANN, D. HEGYMEGHY, JOSEPHUS KIRCHNER, ANTONIUS

MEGHY DEZSŐ, KIRCHNER JÓZSEF dr., KOCYÁN ANTAL, KOSTKA LÁSZLÓ, KÜLLEY JÁNOS, LAKATOS KÁROLY, LINTIA DÉNES, LOVASSY SÁNDOR dr., MAJLÁTH JÓZSEF gróf, MAUKS KÁROLY dr. és VILMOS, MEDREZKY ISTVÁN, MESZLENY BENEDEK és PÁL, MENESDORFER GUSZTÁV, MOLNÁR LAJOS és GYULA, MÜLLER PÉTER, NAGY JENŐ dr., NÉHER BÉLA, OSZTIÁN KÁLMÁN, PAWLAS GYULA, PFENNIGBERGER JÓZSEF, PLATTHY ÁRPÁD, RADVÁNSZKY KÁLMÁN báró, RÁCZ BÉLA, RADEZKY DEZSŐ, SCHENK HENRIK, STETTNER MARKÓ, SZABÓ GYÖRGY, SZALAY L. E., SZLÁVY KORNÉL dr., SZEŐTS BÉLA, SZEMERE LÁSZLÓ, SZOMJAS GUSZTÁV, TEODOROVITS FERENCZ, WACHENHUSEN ANTAL stb.

A szakmegfigyelők mellett a m. kir. Erdőhatóságok is figyelik a madárvonulást. Igaz, hogy csak az ismertebb fajokra terjeszkednek ki, de viszont igen sok állomáson, mert a szervezet kiterjed az egész ország területére.

A megfigyelő hálózat szervezése egymagában még nem lett volna elegendő. HERMAN OTTÓ más nemzetek régibb kísérletei alapján jól tudta, hogy az ilyen szervezet csak akkor életrevaló, ha a megfigyeléseket nemcsak gyűjtik, de föl is dolgozzák, közre is adják. Gondoskodott ennél fogva a beküldött megfigyelések évi földolgozásáról. Az első földolgozó GAAL GASZTON volt, a maig is alkalmazásban levő módszer megalapítója; a későbbi földolgozók SCHENK JAKAB, VEZÉNYI ÁRPÁD, GRESCHIK JENŐ dr., LAMBRECHT KÁLMÁN dr. A meteorológiai viszonyokat a vonulással kapcsolatban számos alapvető dolgozatban HEGYFOKY KABOS kutatta.

A rendszeres megfigyelő hálózaton kívül 1898-ban és 1899-ben közel 5000, főleg a tanítóságból kikerült megfigyelő észlelte a füsti fecske érkezését és távozását. Az egész világon egyedül álló kísérlet sok tanulságot szolgáltató adathalmazát GAAL GASZTON (576, 577) és PUNGUR GYULA (1239, 1240) dolgozta föl.

Mindezeknek a munkáknak a publikálására és propagálására, úgy itthon, mint a külföldön, 1894-ben megalapította az «*Aquila*» folyóiratot, melyben nemcsak magyarul, hanem párhuzamos szövegben egy világnyelven (többnyire németül) is jelentek meg a közlemények. Az immáron XX-ik évfolyamát elért folyóirat nemcsak idehaza, hanem az említett körülmény folytán a külföldön is hatalmas tényezője lett a magyar madártan fejlődésének.

Úgy a vonulási jelentések földolgozásánál, mint a folyóirat szerkesztésénél csakhamar nagyon is érezhetővé vált az egységes magyar nomenklatura, továbbá a teljes magyar ornithografiának a hiánya. Mind a kettő nélkülözhetetlen kelléke volt a további fejlődésnek s HERMAN OTTÓ kezdeményezé-

KOCYÁN, LADISLAUS KOSTKA, JOANNES KÜLLEY, CAROLUS LAKATOS, DIONYSIUS LINTIA, ALEXANDER LOVASSY, COMES JOSEPHUS MAJLÁTH, CAROLUS et GUIL. MAUKS, STEPHANUS MEDREZKY, BENEDICTUS MESZLENY, PAULUS MESZLENY, GUSTAVUS MENESDORFER, LUDOVICUS et JULIUS MOLNÁR, PETRUS MÜLLER, EUGENIUS NAGY, BÉLA NÉHER, COLOMANNUS OSZTIÁN, JULIUS PAWLAS, JOSEPHUS PFENNIGBERGER, ÁRPÁD PLATTHY, COMES COLOMANNUS RADVÁNSZKY, BÉLA RÁCZ, DESIDERIUS RADEZKY, HENRICUS SCHENK, MARCUS STETTNER, GEORGIUS SZABÓ, L. E. SZALAY, CORNELIUS SZLÁVY, BÉLA SZEŐTS, LADISLAUS SZEMERE, GUSTAVUS SZOMJAS, FRANCISCUS TEODOROVITS, ANTONIUS WACHENHUSEN etc.

Præter observatores disciplinæ peritos et præfecti regii silvarum aves observant. Hi species magis cognitas respiciunt, stationesque permultas per totum regnum habent.

OTTO HERMAN autem exemplis exterorum edoctus, bene sciebat eiusmodi compages stare non posse, nisi ea, quæ ab eis observata sunt, non solum colligentur, sed etiam conficiantur. Itaque operam dabat, ut observata conficerentur. Confectorum primus erat GASTON GAAL, cuius vestigia et exemplum postea secuti sunt JACOBUS SCHENK, ÁRPÁD VEZÉNYI, EUGENIUS GRESCHIK, COLOMANNUS LAMBRECHT. Scripta complura perfecta de rebus meteorologicis postea KABOS HEGYFOKY edidit.

Præter has stationes ordinarias anno 1898 et 1899 viri fere 5000, precipue præceptores omnes, adventum et decessum Hirundinum rusticarum observabant. Ea, quæ de hac re, cuius exemplum nusquam alibi est, relata sunt, GASTON GAAL (576, 577) et JULIUS PUNGUR (1239, 1240) confecerant.

Ad hæc opera publicanda et domi forisque propaganda ephemeridem, quæ «*Aquila*» inscribitur anno 1894 OTTO HERMAN edere cœpit, cuius publicationes lingua Hungarica et simul aliqua alia communi lingua scriptæ sunt, quo fit, ut ephemeris hæc, quæ iam per viginti annos prodit, non solum apud nos sed etiam apud exteros multum ad promovendam ornithologiam valeret.

Et in conficiendis relationibus de migrationibus factis, et in ephemeride scribenda magnopere desiderabatur æquabilitas nomenclaturæ Hungaricæ et ornithographia plena Hungarica, sine quibus procedi non poterat. Constantia OTTO-nis HERMAN-i nullum laborem recusantis factum est, ut

sének, egyuttal az ő céltudatos, nehézségek előtt meg nem hátráló munkájának köszönhető, hogy a két alapvető mű aránylag rövid idő alatt elkészült. Előbb a «*Nomenclator Avium Regni Hungariæ*» (1114) jelent meg 1898-ban. Ebben föl van sorolva a teljes magyar madárfauna, még pedig, a mi különösen fölemlítendő, *ezúttal első ízben a földrajzi változatok és subspeciesek figyelembevételével*; megállapítja egyuttal egységes magyar nomenklaturáját is. A munka HERMAN OTTÓ vezetése alatt készült s ő szolgáltatta a nyelvi anyag jelentékeny részét. CHERNEL ISTVÁN érdeme a szisztematikus rész összeállítására. A magyar nomenklatura rendkívül becses történeti anyagát PUNGUR GYULA szolgáltatta. Az első magyar ornithografia 1899-ben jelent meg. A színes képekkel díszített nagy művet HERMAN OTTÓ közbenjárásával a m. kir. Földmivélsügyi Minisztérium adta ki. Szerzője CHERNEL ISTVÁN (260), aki a Minisztérium intenczióinak figyelembevételével «a gazdasági jelentőségre való különös tekintettel» írta meg a magyar madártan fejlődésére oly termékenyítő hatást kifejítő nagy művét.

A nagyszabású és korszakalkotó szervezési munkálatok mellett HERMAN OTTÓ jelentős szakirodalmi tevékenységet is fejtett ki. Különösen a madár-vonulás kutatásában követendő módszerről írt számos irányjelölő tanulmányt (713, 714). Teljesen új csapáson halad a *tarvarjú*-nak honi előfordulását bizonyító értekezése (716—719). A szigorúan vett tudományos munkálatok mellett, híven a már pályája kezdetén fölvetett irányához, a szak népszerűsítését se tévesztette szem elől. Ezt az irányt szolgálta a madarak hasznáról és káráról szóló nagyhatású könyvecskéje (715), melynek első kiadása 1901-ben jelent meg. Azóta több új és bővített kiadást, továbbá német és angol fordítást is ért meg.

Az újonnan alapított intézet, melynek a periferiákon oly nagy megfigyelői státusa volt, természetesen megfelelő tisztviselők nélkül se maradhatott. Ezen a téren is érvényre jutott HERMAN OTTÓ-nak az a törekvése, mely mindenütt a fejlesztés elvét szolgálta. Fokozatosan oly tisztviselői kart szervezett, hogy idővel a madártan újszólván minden fontosabb részének művelésére jutott arravaló munkaerő.

A Magyar Ornithologiai Központ legrégebbi tisztviselője volt PUNGUR GYULA, a ki 1907-ben bekövetkezett haláláig a szervezés segédmunkáinak, továbbá az intézet adminisztratív teendőinek ellátásán kívül a madarak magyar tudományos nomenklaturájának megállapításával szerzett magának érdemeket. A szorosabban vett szakirodalom terén a füstű fecske 1898. évi elvönulására vonatkozó tömeges megfigyelési adatok földolgozása említendő (1239, 1240).

liber uterque brevi in publicum prodiret. Prior editus est *Nomenclator avium regni Hungariæ* (1114) anno 1898, quo libro avifauna tota Hungarica producitur, nomenclatura eius constituitur, et quidem ita, ut — tum primum — et varietates geographicæ et subspecies respicerentur. Operi conficiendo OTTÓ HERMAN præerat, is magnam partem nominum Hungaricorum præbebat; partem systematicam STEPHANUS CHERNEL componebat; materiam historicam nomenclaturæ Hungaricæ maximi æstimandam JULIUS PUNGUR colligebat. *Ornithographia prima Hungarica tabulis pictis illustrata* anno 1899, intercedente OTTÓ-NE HERMAN-O, impensis ministerii Hungarici res agriculturæ administrantis prodiit. Auctor eius est STEPHANUS CHERNEL (260), qui et consilia ministerii, et commoda agriculturæ respiciens opus hoc magnum composuit, quod ornithologiæ Hungaricæ magnopere prodest.

Cum hoc modo omnia moveret et ordinaret novamque ætatem compararet, OTTÓ HERMAN nec scribendo defuit. Demonstrabat, quomodo avium migrationes observandæ essent (713, 714), nova ratione probat *Geronticum eremitam* apud nos habitavisse (716—19). Sed præter opera litteraria magis ad disciplinam pertinentia, nec litteras in vulgus efferre desierat, et hoc iam a principio fecerat. Ita libellum de utilitate avium et damnis ab eis factis anno 1901 edidit (715), qui postea auctus sæpius editus et in Anglicam et Germanicam linguam conversus est.

Institutum novum, quod per regnum totum tantam multitudinem observatorum habebat, officiales desiderabat, et OTTÓ HERMAN tales viros asciscere studebat, ut postea fere quæque pars ornithologiæ gravissima cultorem suum in instituto haberet. Officialis veterimus Centralis ornithologici Hungarici erat JULIUS PUNGUR, qui usque ad annum 1907, quo mortuus est, operibus subsicivis ordinandi functus erat, institutum administrabat et nomenclaturam Hungaricam avium componebat. Præterea, — et hoc iam ad disciplinam pertinet, — observationes de decessu *Hirundinum rusticarum* anno 1898 factas confecit (1239, 1240).

GASTON GAÁL de GYULA, qui se sua sponte ad institutum adiunxerat, demonstrabat, quo modo

